Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



11

inuia tua. tuum. ē. corrige gressos meos. ⁊ Propter inimicos meos dirige in con
spectu tuo uiam meam. hoc. ē. uia mea tua. Propter inimicos meos qui insidiantur mihi. ⁊
Quae. ē. ait ista uia lectio scripturarum. hoc. ē. nein scripturis tuis per quas ingredi
cupio in ecclesia tua tam corruam. ⁊ Omnis enim qui male intellegit scripturas
inuiadi corruit. ⁊ Quia non. ē. in ore eorum uertitur. Discribuntur heretici diseri
bitur uir sanguinarius & dolosus. quem abominabitur dns. Non. ē. in ore eorum
uertitur. Non habet xpm uertitur in ore suo qui a nec in corde habet. Cor eorum
uanum est. Melius habet in hebreo cor eorum. ΚΟΡΒΟΥΑΟΝ. Uere enim insi
diatur cor hereticorum omnib: quos decipit. ⁊ sepulchrum patens. ē. guttur eorum.
infelices sunt heretici qui sepulchra sunt dealbata plena ossib: mortuorum. ⁊ sepulchrum
patens. ē. guttur eorum. Nam uis economus ceteri heretici linguas sagittas habent fau
ces suas sepulchrum habent. Sepulchrum patens. ē. guttur eorum. & recte dicit
patens quando cumq: enim uult aliquis deceptus intrare. Patetur. ē. hereticus & suscepit.
Nunquam heretici claudunt ossium sed semp aperiunt ossium. ⁊ sepulchrum patens. ē.
guttur eorum linguis suis dolose agebant. Aliud in corde tenebant. aliud in sermone
pollicebantur. ⁊ Pietatem loquebantur. & impietate clamabant xpm locuntur & occul
tant anti xpm. sicut enim quod nemo possit induci. si proferret. xpm lucem pferunt
Uelent tenebris ac uel lucem ducunt ac tenebras. Linguis suis dolose agebant
iudicauilos ds. ⁊ sciant te iudicem sciant te respicere res humanas. qui iudicaturus
in finem & iam in presenti iudicat. qui generaliter iudicaturus est. Nunc expaste
iudica qui patrem sentire nolunt. sentiant iudicem. ⁊ Iudicauilos ds. Quare quid
causa sequitur. Decidant a cogitationib: suis. sicut in presenti reddidere illis
quod merentur. Incipient recedere a malis cogitationib: suis. quam diutte iudicē
non sedituit nostrum est. Decidant a cogitationib: suis. Egregia dicit a cogita
tionib: suis. Cotidie enim heretici immutant dogmata sua. Omniq: suur ecclesias
ticus de scripturis eruditus. contendere contra eos. & scripturis scis quae arguerit
eos secta sequirunt quod aliud nouum dogma reperiant. Non quaerunt quomodo
saluentur. sed quomodo superent. Propterea nunc dicit. ⁊ Decidant a cogi
tationib: suis. & tenebabeant una cogitationem. ⁊ Secundum multitudinē impieta
tum eorum expelle eos. ⁊ Non dicit. unde eos expellat. de caelo eos expellat.
de terra eos expellat. Unde eos expellat. scriptura non dicit. ΥΣΕΔΥΝΕΡΑ
ΤΟΥΣΜΕΣΤΕΙΡΕΙΠΟΤΕΡΟΝ. Debemus ergo legere secundum multitudinem impietatum
eorum expelle eos. Quod dicit. hoc. ē. ab impietatib: suis mutas. Propter miseri cor
diam expelle eos. hoc. ē. non sunt immutas iniquitatib: suis. potest & aliter in
terpretari. quamplurimum impii fuerunt. & noluerunt decedere a cogitationib: suis